

QUOMODO RECTE ENUNTIENTUR VERBA LATINA COMMENT PRONONCER CORRECTEMENT LE LATIN

(Explanationes partim excerptae e Cleti Pavanetto libro q.i. *Elementa linguae et grammaticae Latinae*, a.2001 Romae ed., p.14-15, additionibus et commentationibus nostris per *litteras italicas* inclusis.)

PRAECIPUAE LEGES – REGLES PRINCIPALES

In his infra vérsibus non redibimus ad appellationem linguae Latinae XXIII litterarum vel phonématum. Nam in quovis libro de grammática Latina explicatur satis bene (ac exemplis cuique vernáculae huius témporis linguae aptióribus) is modus enuntiandi quem "clássicum" vel "restitutum" appellant idemque, ut Augusta aetate apud urbanos quidem et expolitos Romanos, sic hodie viget apud plerosque Latinistas (1).

Verbum Latinum dividitur in **syllabas**: syllabae vero sunt **longae** aut **breves**. Vocalis longa linéola recta (¯) signatur, brevis vero semicirculo (ˇ). Longitúdine aut brevitate vocálium sensus verborum mutari potest: ita, *p̄opulus* indicat árborem (Italice: pioppo), *ṗopulus* vero significat gentem (vulgo: pópolo). Summum momentum tribuebant Romani rectae enuntiationi. Cícero ait: "Si páulum modo offensum est, ut aut áliquid contractione brevius fieret aut productione lóngius, theatra tota reclamant". (2)

Accentus in prisco sermone Latino residebat in prima verborum syllaba, sicut mos fuit apud Indo-Europaeos. In Latinitate clássica fuit melódicus, id est canebatur in altiore nota: apud nos (*Italos*) viget consuetudo exprimendi accentum intentiore vocis sono. Labente témpore inváluit pernota *lex paenúltimae syllabae*, ex qua accentus pónitur in paenúltima syllaba, quando est longa: *occ̄ido* (Itálice: uccido); recedit in tértiam a postrema (*sive antepaenúltimam*), si paenúltima est brevis: *ócċido* (Itálice: tramonto).

J.P.Mazières († 2012), *Tolosanae universitatis magister, his verbis rem exponit* :
I - OMNIA verba DUARUM syllabarum, ait, fáci-le enuntiantur quóniam accentus Latinus, verbis raríssimis exceptis (vide infra),

Dans les lignes qui suivent, nous ne reven-drons pas sur la manière de prononcer les 23 lettres ou phonèmes du latin. En effet on trouve dans n'importe quelle Grammaire latine une explication assez bien faite (et avec des exemples adaptés à chaque langue vernaculaire de notre temps) sur la prononciation qu'on appelle "classique" ou "restituée" et qui est en vigueur aujourd'hui chez la plupart des latinistes, comme elle le fut à l'époque d'Auguste, du moins chez les Romains citadins et bien éduqués (1).

Le mot latin est divisé en **syllabes**, mais les syllabes sont ou **longues** ou **brèves**. Une voyelle longue est signalée par un petit trait droit (¯), tandis qu'une brève l'est par un demi-cercle (ˇ). Selon la longueur ou la brièveté des voyelles, le sens des mots peut changer : ainsi, *p̄opulus* désigne l'arbre (en français : le peuplier), mais *ṗopulus* veut dire le peuple. Les Romains donnaient une très grande importance à la correction de la prononciation. Cicéron dit : "A la moindre petite erreur, qu'une longue soit émise en étant abrégée ou une brève en étant allongée, tous les spectateurs protestent." (2)

L'accent, dans le latin des origines, résidait sur la première syllabe des mots, comme c'était la coutume chez les Indo-Européens. En latin classique, il était mélodique, c'est-à-dire qu'il était chanté sur une note plus élevée : chez nous (*les Italiens*) reste en vigueur l'habitude de faire ressortir l'accent par une émission plus intensive de la voix. Au cours du temps a prévalu la loi bien connue *de la syllabe pénultième*, en vertu de laquelle l'accent est placé sur l'avant-dernière syllabe quand elle est longue : *occ̄ido* ("occire" en vieux français, "tuer") ; l'accent recule sur la troisième syllabe avant la fin (ou antépénultième) si l'avant-dernière est brève : *ócċido* ("tomber", "se coucher" pour le soleil, d'où "occident").

J.P.Mazières, professeur à l'Université de Toulouse, présente les choses en ces termes :
I – TOUS les mots de DEUX syllabes, dit-il, sont facilement prononcés puisque l'accent latin, à de très rares exceptions (cf ci-dessous), n'est JAMAIS placé sur la dernière syllabe ! Par conséquent

NUMQUAM in postrema pónitur! Ergo iam scis **inter 55% et 65% ex occurréntibus vóçibus** recte enuntiare quóniam tot Latina verba ex única aut duabus syllabis consistunt.

II - Quómodo ígitur accentus cognóveris verborum plus quam duarum syllabarum ?

Per legem paenúltimae syllabae. Quae lex clare illustratur cum paenúltima syllaba ad minus áltera consonanti quasi "claúditur". Tunc enim vocalis longa fit ut accentus non ultra recedat : ádv̄enis sed adv̄éntum; víd̄eo sed víd̄éndo. Quae clausura num fiat necne si attenderis, **fere 80% e Latinis verbis** recte enuntiabis.

III - Nunc pauca relinquuntur quorum plerorumque accentum faciliores leges morphológiae et poesis patefáciunt:

- plerumque, duae cum vocales consequuntur, prima brevis est: am̄óv̄eo sed amov̄étis; réqūies sed requí̄étis; ímp̄ius, a, um, cet.

- revise deinde coniugationes cum longa vocale (am̄áre, am̄ábam, am̄áb̄imus sed amab̄ámus; víd̄ére, víd̄eo, víd̄émus; aud̄íre, aud̄ímus) et cumque brevi vocale (pét̄ere; cáp̄ere, cáp̄imus sed capīébam, capīémus, cet.);

- revise étiam differéntias inter perfectum et infectum (rév̄enit / rev̄énit; cónf̄icit / conf̄écit sed conf̄ec̄ísti);

- item revise nonnullas nóminum adiectivo-rumque desinéntias (-órum, -árum, -ium, -ibus) imprimisque tértiae declinationis imparisyllabícorum (m.: scríptor, scrípt̄óris, scrípt̄ór̄ibus; n.: témpus, témp̄oris, tempór̄ibus; f.: gráv̄itas, gravit̄átis, cet.);

- revise tandem suffixa frequentiora sicut -úlus (ridíc̄ulus, a, um), -úrus (advent̄úrus, a, um), -íss̄imus (beat̄íss̄imus, a, um), cet.

Tunc demum **ca 95% e vocábulis**, secundum computationes J.P.Mazières magistri, sine magna difficultate enuntiarí possunt.

IV - Restant quidem paucíssima quae per usum memória servabuntur. Léxico enim quantitates (breves longasve) indicante, usus nec leges docet paenúltimam huius verbi am̄ícus vel Lat̄ínus longam esse ut accentus supra eam ponendus sit. Item C̄áesar, C̄áes̄aris semper in prima syllaba (quae diphtonga est) accentum áccipit. (3)

vous savez déjà prononcer correctement **entre 55% et 65% des mots que l'on rencontre** puisque telle est la quantité des mots composés d'une ou de deux syllabes.

II - Comment alors saurez-vous accentuer les mots de plus de deux syllabes ?

Par la loi de la syllabe pénultième (ou avant-dernière). Loi clairement illustrée lorsque l'avant-dernière syllabe est comme "fermée" par au moins une deuxième consonne. En effet, dans ce cas, la voyelle devient longue de sorte que l'accent ne recule pas plus loin : ádv̄enis mais adv̄éntum; víd̄eo mais víd̄éndo. Si vous observez bien si cette clausure se produit ou non, vous énoncerez correctement **presque 80% des mots latins**.

III - Il en reste à présent un petit nombre dont la plupart ont un accent mis en évidence par les lois assez faciles de la morphologie et de la poésie :

- La plupart du temps, lorsque deux voyelles se suivent, la première est brève : am̄óv̄eo mais amov̄étis; réqūies mais requí̄étis; ímp̄ius, etc.

- Revoyez ensuite les conjugaisons à voyelle longue (am̄áre, am̄ábam, am̄áb̄imus mais amab̄ámus; víd̄ére, víd̄eo, víd̄émus; aud̄íre, aud̄ímus) et à voyelle brève (pét̄ere; cáp̄ere, cáp̄imus mais capīébam, capīémus, etc.).

- Révisez aussi les différences entre le perfectum (l'achevé) et l'infectum (l'inachevé) : rév̄enit (il revient) / rev̄énit (il revint) ; cónf̄icit (il fait) / conf̄écit (il a fait) mais conf̄ec̄ísti (tu as fait).

- Revoyez de la même manière quelques désinences de noms et d'adjectifs (-órum, -árum, -ium, -ibus) et en particulier celles des impari-syllabiques de la 3^{ème} déclinaison (m.: scríptor, scrípt̄óris, scrípt̄ór̄ibus ; n.: témpus, témp̄oris, tempór̄ibus ; f.: gráv̄itas, gravit̄átis, etc).

- Revoyez enfin les suffixes assez fréquents comme -úlus (ridíc̄ulus, a, um), -úrus (advent̄úrus, a, um), -íss̄imus (beat̄íss̄imus, a, um), etc.

C'est alors **près de 95% des mots**, selon les calculs du professeur J.P.Mazières, qui peuvent être prononcés sans grande difficulté.

IV - Certes, il en reste un très petit nombre qui peuvent être mémorisés par l'usage. En effet, avec l'aide du dictionnaire qui indique les longueurs, c'est l'usage et non les règles qui nous enseigne que la pénultième de am̄ícus ou de Lat̄ínus est longue de sorte que l'accent doit être placé sur elle. De même C̄áesar, C̄áes̄aris est toujours accentué sur la première syllabe. (3)

LEGES MINUS SAEPE OCCURRENTES – REGLES DE MOINDRE OCCURRENCE

<p>A - Cum adiuncta vócula -ce ad lítteram c est redacta per apócopen, tunc pónitur in postrema: illíc (ex <i>illíce</i>); istác, istúc, illúc;</p> <p>B - hoc fit étiam in imperativo verborum, quae cum <i>dicendo</i>, vel <i>ducendo</i>, vel <i>faciendo</i> sunt compósita: addíc (ex <i>ad-díce</i>); addúc, olfác, calefác;</p> <p>C - hoc évenit in nominativo singulari nóminum gentiliciorum, quae éxeunt in -as: <i>Arpinás</i> (per syncopen ex primigénia forma <i>Arpinat[i]s</i>); <i>nostrás</i> (ex <i>nostrat[i]s</i>), <i>Quirís</i> (ex <i>Quirit[i]s</i>); atque étiam in verbis temporalibus <i>audít</i> (ex <i>audívit</i>), <i>perít</i> (ex <i>perívit</i>), <i>fumát</i> (ex <i>fumávit</i>);</p> <p>D – in conjugatione verborum temporálium compositorum, cuius géneris sunt: <i>calefácio, patefácio, satisfácio</i>, perstat in paenúltima; quam ob rem dicitur: <i>calefácis, patefácit</i>; sed <i>calefít</i> in forma passiva, quia pars bisyllábica <i>cale-</i> in verbis temporalibus <i>fácere</i> et <i>feri</i> iuxtapónitur et manet quodam modo seiuncta;</p> <p>E – cum verbo adiunguntur enclítica -que, -ve, -met, -dum, -ne, -ce, si accentus syllabae verbi cui adiunguntur résidet in tértia a postrema, novus accentus pónitur in paenúltima étiam cum haec est brevis: scélera, <i>sceleráque</i>; ómnia, <i>omniáque</i>; excipiuntur verba in quibus vis primigénia partículae evánuit et ipsa per epéctasin ita conglutinata est cum verbo praecedenti ut étiam novam significationem adipiscatur: <i>éadem, útinam, útique</i>. Sed <i>pleráque, utráque</i>, per analógiam cum masculinis <i>pleríque</i> et <i>utríque</i>.</p> <p>Sunt qui cénseant accentum posse perstare in paenúltima verbi syllaba si postrema est brevis: <i>scelést'e, scelést'equé</i>; transire vero in postremam dumtaxat si haec est longa: <i>rosá, rosáque</i> (4); tamen A.Traina et L.Pasqualini (5) aliique fere omnes grammátici tenent accentum semper ponendum esse supra postremam verbi syllabam quam séquitur enclíticum.</p>	<p>A – Lorsque la particule -ce qui s'ajoute à un mot est réduite à la lettre c par apocope, alors l'accent se place sur la dernière syllabe : illíc (de <i>illíce</i>) ; istác, istúc, illúc ;</p> <p>B – c'est ce qui arrive aussi à l'impératif des verbes qui sont des composés de <i>dicere, ducere</i> ou bien <i>facere</i> : addíc (de "ad-díce") ; addúc, olfác, calefác ;</p> <p>C – cela se produit au nominatif singulier des gentilices qui se terminent en -as : <i>Arpinás</i> (par syncope de la forme primitive "Arpinat[i]s") ; <i>nostrás</i> (de "nostrat[i]s"), <i>Quirís</i> (de "Quirit[i]s") ; mais aussi avec les verbes <i>audít</i> (pour "audívit"), <i>perít</i> (pour "perívit"), <i>fumát</i> (pour "fumávit") ;</p> <p>D – dans la conjugaison des verbes composés du genre <i>calefácio, patefácio, satisfácio</i>, l'accent reste sur l'avant-dernière syllabe ; pour cette raison, on dira <i>calefácis, patefácit</i> ; mais <i>calefít</i> à la forme passive, parce que la partie bisyllabique <i>cale-</i> est accolée aux verbes <i>fácere</i> et <i>feri</i> et reste d'une certaine manière à part ;</p> <p>E – lorsque s'ajoute à un mot les enclitiques -que, -ve, -met, -dum, -ne, -ce, si l'accent du mot auquel ils s'ajoutent se pose (habituellement) sur la troisième syllabe avant la fin, le nouvel accent se place sur l'avant-dernière, même lorsque celle-ci est brève : scélera, <i>sceleráque</i>; ómnia, <i>omniáque</i> ; font exception les mots dans lequel le sens primitif de la particule n'est plus perçu et elle-même est si bien accolée par extension au mot qui existait avant que l'on obtient un nouveau signifiant : <i>éadem</i> ("les mêmes choses" mais <i>eádem</i>, "par le même endroit"), <i>útinam, útique</i>. Mais on prononce <i>pleráque, utráque</i> par analogie avec les masculins <i>pleríque</i> et <i>utríque</i>.</p> <p>Certains pensent que l'accent peut rester sur l'avant-dernière syllabe du mot si la dernière est brève : <i>scelést'e, scelést'equé</i> ; mais qu'il passe sur la dernière tout au moins lorsque celle-ci est longue : <i>rosá, rosáque</i> (4) ; cependant A.Traina et L.Pasqualini (5) et presque tous les autres linguistes soutiennent que l'accent doit toujours se placer sur la dernière syllabe du mot que suit l'enclitique.</p>
---	--

<p>F – in casu vocativo nómínium in –ius, accentus pónitur in paenúltima syllaba, quamquam brevis est: <i>Vergíli</i>, <i>Gregóri</i>; quidam tamen grammátici malunt légere: <i>Vérgĭli</i>, <i>Válĕri</i> (6), <i>Tárquĭni</i>, ut testatur I.Zenoni (7);</p> <p>G – plerumque accentus in postrema syllaba pónitur quando <i>vócula interrogativa –ne</i> ad litteram n' est redacta per apócopen: <i>tantón'</i> (ex tantóne), <i>satín'</i> (ex satisne), <i>audín'</i> (ex audisne).</p>	<p>F – au vocatif des noms en –ius, l'accent se place sur l'avant-dernière syllabe, même si elle est brève : <i>Vergíli</i>, <i>Gregóri</i>; cependant, certains linguistes préfèrent lire <i>Vérgĭli</i>, <i>Válĕri</i> (6), <i>Tárquĭni</i>, comme en atteste I.Zenoni (7) ;</p> <p>G – le plus souvent l'accent est sur la dernière syllabe lorsque la particule interrogative –ne est réduite par apocope à la lettre n' : <i>tantón'</i> (pour "tantóne"), <i>satín'</i> (pour "satisne"), <i>audín'</i> (pour "audisne").</p>
--	--

ULTIMAE HORTATIONES – ULTIMES EXHORTATIONS

<p><i>Cum Latina verba pure exprímere id roget ut quantitatem cuiusque syllabae simul et verbi accentum respiciamus, tamen permulti sunt, etiam apud doctíssimos, qui quantitates sonare vix sciunt, quod sane Latinum non in cunis didicimus. Hac autem in re Latinistae e Finnis magistri habentur quod eorum aures oraue vernácula lingua ad distinctionem brevium et longarum optime erudita sunt (8). Sed iam tempore Romanorum appellatio Latini sine dubio non omnino eadem fuit in provinciis atque in Urbe, sicut hódie Quebecenses Francogállicum non eodem modo sonant ac Parísii. Ne tamen haec ómnia te sollicitent! Nam satis bene ages si quidem litteras modo restituto enuntiabis accentumque saépius recte pones. Ita enim faciendo, non solum poetarum carmínibus sed étiam oratorum eloquéntia multo plus fruérís (9). Eos quoque bene intéllegas Germanos, Ítalos omnesque hómines ex alienis terris oriundos qui tecum Latine colloquantur! Tandem numquam satis repetemus vivum ac fere quotidianum usum óptimum ómnium paedagógum esse : quam saepíssime te exerce in bene legendo. Quin étiam Latine loquaris? Hoc non nisi stultis et superbis ridiculum est quia non est mélior via exercitationis quam vivus et activus sermonis usus ut res pénitus in memória nostra imprimantur et insideantur. (10)</i></p>	<p><i>Alors qu'une juste prononciation des mots latins demanderait que nous veillions à la quantité de chaque syllabe en même temps qu'à l'accent du mot, un très grand nombre de gens, même parmi les plus savants, savent à peine faire entendre les quantités, puisqu'évidemment nous n'avons pas appris le latin au berceau. Dans ce domaine d'ailleurs, les latinistes finlandais sont tenus pour des maîtres parce que leurs oreilles et leurs bouches ont été très bien éduquées par leur langue vernaculaire à la distinction des brèves et des longues (8). Mais à l'époque des Romains déjà, la prononciation du latin, sans aucun doute, n'était pas tout à fait la même dans les provinces qu'à Rome, tout comme aujourd'hui les Québécois ne prononcent pas le français avec le même accent que les Parisiens. Cependant ne soyez pas tourmentés par tout cela ! Car vous ferez du bon travail simplement en prononçant les lettres selon la prononciation restituée et en plaçant assez souvent l'accent d'une manière correcte. De la sorte en effet, vous savourerez mieux les œuvres poétiques mais aussi l'éloquence rhétorique (9). Vous comprendriez même correctement les Allemands, les Italiens et tous les étrangers qui discuteraient avec vous en latin ! Enfin nous ne répéterons jamais assez qu'un usage vivant et presque quotidien est le meilleur des pédagogues : entraînez-vous le plus souvent possible à bien lire. Et pourquoi ne parleriez-vous pas en latin ? Seuls les sots et les orgueilleux trouvent cela ridicule car il n'y a pas de meilleure méthode d'entraînement que l'utilisation vivante et active du langage afin que les choses s'impriment et restent profondément ancrées dans notre mémoire. (10)</i></p>
---	--

NOTAE :

(1) Vide e.g. *Grammaire Latine*, A. Cart, P. Grimal, J. Lamaison et R. Noiville (Paris, Nathan ed.), § 4.

Hoc summário scribendo, ad exemplum Cleti Pavanetto libelli, te iuvávimus quo réctius verba Latina enuntiares. Nam "si nihil invénies signatum, accentus est in paenúltima syllaba". Nullum ergo accentum adscrípsimus nisi quo antepaenúltima syllaba contentiore et elatiore voce legenda est. Ceterorum vero verborum paenúltimam clarius sonare oportet. Attamen véniam pétimus quod non nobis potestas fuit accentus supra lítteram Y inscribendi ("sYllaba" in antepenúltima accentum habet).	En écrivant ce résumé, à l'exemple du livre de Cletus Pavanetto, nous vous avons aidé à prononcer les mots latins plus correctement. En effet, "si vous ne trouvez aucun signe d'accentuation, c'est que l'accent est sur l'avant-dernière syllabe du mot". Par conséquent, nous n'avons pas écrit d'autre accent que celui qui oblige à prononcer l'avant-avant-dernière syllabe par une émission de voix plus marquée et plus élevée. Tandis qu'il faut faire résonner plus clairement l'avant-dernière syllabe de tous les autres mots. Cependant qu'on nous excuse du fait que nous ne pouvions pas ajouter l'accent au-dessus de la lettre y (le mot "syllaba" est accentué sur l'avant-avant-dernière syllabe).
---	---

(2) Cicero, *Orator*, 51, 173. Haec differentia summi momenti est ut verborum tertiae conjugationis distinguantur nonnullae formae : *lég̃eris* vel *lég̃ere* (tu es lu) sed *leg̃eris* vel *leg̃ere* (tu seras lu) : *l'ég̃ere* etiam esse potest infinitivus modus praesenti tempore et activa forma (lire) cum *l'eg̃ere* pro *l'eg̃erunt* nonnumquam scribatur (ils ou elles lurent). Denique *l'ég̃ere* (sois lu) imperativus quoque esse potest forma passiva !

(3) In *Langues anciennes en Europe*, Actes de l'université d'été de Carcassonne 1993, CNARELA, pp.61-62.

Johannes-Petrus Mazières etiam edidit discum audibilem (*Comment prononcer le latin ?*) qui apud ARTELA Editions (Tolosae) comparari potest. / *Jean-Pierre Mazières a même édité un CD audio qui peut être commandé à ARTELA Editions, s/c C.Gabaude, 2 cheminement H.Bosco, 31000 Toulouse (€ 10.- frais de port compris)*.

De eodem argumento Angliciloquentes libellum duasque taeniolas magneticas a Stephano G. Daitz confectas apud Bolchazy Americanum editorem emere possunt : *The Pronunciation and Reading of Classical Latin (The Living Voice of Latin and Greek Litterature)*, London, Jeffrey Norton Publishers, 1984 / *Les Anglophones peuvent acheter sur le même sujet le petit livret et les deux cassettes audio de Stephen G. Daitz, chez l'éditeur américain Bolchazy :*

<http://www.bolchazy.com/prod.php?cat=latin&id=23675>

(4) Cfr I.Zenoni, *Morfologia Latina*, Venezia 1927, pp.7-8.

(5) Cfr A.Traina- L.Pasqualini, *Morfologia Latina*, Cappelli editore, Bologna 1985, pp.15-16. De hac re tamen adhuc nunc disputatur non solum inter grammaticos sed etiam inter eos qui vivum sermonem adhibent ! Brennus Legranus, amicus et auctor acroasis q.i. « De textibus latinis recitandis », non Cleti Pavanetto ceterorumque Italorum sed Marci Bordelon Americani auctoritatem et probationem sequitur. Solutio huic dissensionem in versibus Latinis inveniri posse videatur. Nam primo, pedes heterodynamici rarissime occurrunt in fine hexametri. Sed quid probat hos duos ex *Aeneidis* libro I° non homodynamicos esse ?

Italiam fato profugus Laviniaque venit (v.2) (Laviniaque aut Laviniáque ?)
Karthago, Italiam contra Tiberinaque longe (v.13) (Tiberinaque aut Tiberináque ?)

Itidem pedes homodynamicos exspectantur in plerorumque pentemetrorum hemistichiis alteris. Sed quis pro certo declarabit hos duos non heterodynamicos esse ?..

Dummodo sim, quaeso, segnis inérsque vocer (Tibullus, ex Elegiarum libro I^o, I, v.58)
Cum cecidit fato consul utérque pari (Ovidius, ex Tristium libro IV^o, 10, v.6)

(6) Cfr A.Gellius, Noctes Atticae, 13, 26, 1s.

(7) Cfr *op. mem.*, p.7, nota 1.

(8) Erasmus, XVI^o s. ineunte, hoc vitium iam vituperabat. Lege Colloquia Familiaria, II, ubi Claudius Balbum e Gallia in Bataviam redeuntem de itinere percontatur :

Cl. Sonasne probe sermonem Gallicum?	Cl. Prononces-tu bien le français ?
Ba. Immo et Latinum sono Gallice.	Ba. Mieux, je prononce le latin à la française.
Cl. Nunquam igitur scribes bona carmina.	Cl. Alors tu ne feras jamais de bons vers (latins).
Ba. Cur ita?	Ba. Pourquoi cela ?
Cl. Quia periit tibi syllabarum quantitas.	Cl. Parce que la quantité des syllabes n'existe plus plus pour toi.

Nunc per interrete facile est Finnos Latina verba recitantes audire :
<http://www.yle.fi/fbc/latini/>

(9) Cfr e.g. E.Berger, Stylistique latine, § 179 (de rythmo).

(10) Te confer ad paginam huius situs q.i. "CONSILIA, INSTRUMENTA ET FONTES" (in parte q.i. DIDACTICA).